

Sicutur. Ex quo infertur, quod si subditus timeret: & petendo per interpositam personam licentiam Superioris ad casum reservatum, ipse Praelatus veniet in cognitionem ipsius, potest ad celebrandum accedere, etiam si sic excommunicatus, cum debita tamen contritione, necessitate maxima urgente, & scandalo magno id flagitante: prout tenet Victoria de Confess. num. 146. Soto in 4. dist. 12. q. 1. art. 4. prope finem. Ledes. 24. q. art. 7. dub. 5. vers. sed videatur. Qui omnes affirmat etiam causam esse sufficientem ad accedendum ad celebrandum, aut communicandum cum causibus reservatis, & excommunicatione, quando Praelatus non vult concedere suam auctoritatem, & scit penitens probabiliter, quod si ipse conficeatur impediet ipse Praelatus maxima bona spiritualia, & etiam magna bona temporalia negando illi suffragium ad ipsum consecutionem. Et sic non omnino proba sententiam Nauarri in cap. Sacerdos de Penitent. d. 6. dicentis posse Praelatum negare suffragium alicui in elezione ratione criminis, quod solum scit in Confessione: cum timor talis negationis sit sufficens causa ut ipse Religiosus possit accedere ad commun-